


8

8888

2  
25



1000

*Dix Joseph de Lavaur*

# C O M P E N D I V M , S I V E I N D E X M O R A L I V M

conceptuum, ad hominum animos virtutis studio, vitiorumq; odio in morum reformationem impellendos.

E X O P E R I S R E L I G I O S I S S I M I P . F . P H I -  
lippi Diez concionatoris egregij selectum, per  
alphabetum digestum.

A V T H O R E F . F R A N C I S C O C A M P O S  
Prouincie Sancti Iacobi ordinis Minorum  
concionatore.

V S V M , N E C E S S I T A T E M , V T I L I T A T E M Q U E  
istius operis pete ex epistola, ad lectorem: sine qua non  
poteris hoc frui compendio.



S A L M A N T I C A E .

Excudebat Ioannes Ferdinandus.

---

D . M . LXXXVIII.

*Prigecu.*

---

A V T O R I S A D T Y P O G R A P H V M  
operum Fratris Philippi Diez.



Vi posthac excuderit cōciones religiosissimi Patris F. Philippi Diez  
curet nūmeros singulis adiunctos concionibus similes semper esse,  
ijs quos huc usq; adscripsit Ioannes Ferdinandus primus earū ty-  
pographus. Nam si perpetuus is ordo numerorum seruetur, etiam  
vnaquaq; variata pagina, nunquam libri concionis & numeri va-  
riatio continget, & cuilibet & in posterum futuræ illorum operum editioni  
subseruit cōpendium istud; neq; usquam lectorē citatio huius cōpendij fallet.

204 M. C. O. C. 2. A. E. O. N. V. N.


marcella emilia isocia iusta alia

aliam

205 M. C. O. C. 2. A. E. O. N. V. N.

non sūp cōfessiōne libri p̄t̄r̄t̄ s̄c̄l̄t̄

horum p̄c̄l̄t̄ cōfessiōne libri p̄t̄r̄t̄

A large, handwritten signature in black ink, reading 'Dr. Francisco Campos', is written over a faint watermark of a coat of arms.

S A L M A N T I C A R

Ecclesiæ p̄fessoris Leidensis

---

D. M. LXXXVII.

# EL REY.

**P**or quanto por parte de vos Fray Francisco Capos Predicador de la orden de Sant Francisco, Nos ha fido fecha relacion diciendo q con licencia de vuestros prelados a intercession de Fray Phelipe Diez, predicador del conuento de S. Francisco de la ciudad de Salamaca, auiaades hecho vn cōpendio o tabla de todos los seneimicos y conceptos morales de todas las obras del dicho Fray Phelipe Diez, co el qual los predicadores se podria con mayor facilidad , y para qualquier sermon aprouechar de las dichas obras trayedo las materias a su propósito, en el qual se auia passado mucho trabajo , y seria muy vtil y prouechoso suplicandonos fuesemos seruido de mandar se viesse, y examinasse, y dar os licēcia, y priuilegio pa ra le imprimir o como la nuestra merced fuese , lo qual visto por los de nuestro Consejo por quanto enel dicho libro se hizo la diligencia que la prematica por nos fecha sobre la impressiō de los libros dispone, fue acordado q deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon, e yo tuuelo por bié, y por la presente vos damos licencia y facultad para que por tiépo de diez años primeros siguientes , que corren y se cuentan desde el dia de la data desta nuestra cedula en adelante vos o la persona que vuestro poder vuiere podays imprimi y vender el dicho libro que de siiso se haze mencion, y damos licencia y fa cultad a qualquier impressor destos nuestros Reynos, que vos nombraredes para que por estavez lo pueda imprimir con que despues be impresso antes que se ve da lo traygays ante los del nuestro Consejo juntamente con el original , que va rubricado y firmado al fin del de Miguel de Ondarca çauala, nuestro secretario de camara de los que en el nuestro Consejo residen , para que se vea si la dicha impression esta conforme al original, o traygays fee en publica forma en como por el corrector no nbrado por nuestro mandado se vio e corregio la dicha impresion con el original, y se imprimio conforme a el, y quedan ansi mismo las erratas por el apuntadas impressas, para cada vn libro de los que ansi fueren impressos y se os tasse el precio que huuieredes de auer por cada volumen y mandamos que durante el dicho tiempo persona alguna sin vuestra licencia no le pueda imprimir ni véder sopena que el que lo hiziere pierda qualesquier libros moldes, e aparejos, q del tuuiere e incurra en pena de cincuenta mil maraudis por cada vez que lo contrario hiziere la qual dicha pena sea la tercia parte para el denunciador, y la otra tercia parte para el juez q lo sentéciare, y la otra tercia parte para la nuestra camara, y mandamos a los del nuestro Cōsejo, Presidente, e Oydores de las nuestras audiēcias, alcaldes, alguaziles, de la nuestra casa corte, y chácillerias, y a otros juezes y justicias qualesquier de todas las ciudades villas e lugares de los nuestros Reynos e señorios asi a los que agora son como a los q seran de aqui adelante que vos guarden e cūplan e hagan guardar e cumplir esta nuestra cedula y merced, q assi vos hazemos y cótra su tenor os no vayan ni pas sen ni confientan yr ni passar por alguna manera, sopena de la nuestra merced, e de diez mil maraudis para la nuestra camara, dada en Sant Lorenço , a tres dias del mes de Junio de mil, e quinientos, e ochenta, y ocho años.

Y O E L R E Y.

Por mandado del Rey nuestro Señor.

Juan Vazquez

APPROBATIO DOCTISSIMI  
P.F. Dominici Bañes Magistri in Sacra Theolo-  
gia, ac primariæ Theologorum Cathedræ  
in Academia Salmanticensi  
præfecti.



Peciali cōmissione & mandato catholicæ maiesta-  
tis senatus, expendi compendium istud omnium cō-  
ceptuum, qui per vniuersas cōciones eruditissimi  
P. Fratris Philippi Diez diffusi habentur, accurata  
opera, & solerti diligentia fratris Francisci Campos prēdica-  
toris, stylo distincto, graui, & eleganti redactum. In quo nihil  
reperi fidei dissonum, aut lima dignum, quin potius nimis  
fructuosum, & utile censeo diuini verbi concionatoribus, in  
quo nimirum quam plurima inuenire poterunt, quibus exci-  
tentur, iuuentur, & prouehantur. In quorum fidem præsentib-  
us subscripti in conuentu. D. Stephani Salmanticensi. pri-  
die idus Maij. 1588.

F. Dominicus  
Bañes.

APP PROBATIO RELI  
GIO S I S S J M I E T D O C T I S S I  
mi patris Fratris Philippi Diez Cœnobij Salmanticensis  
*Minorum concionatoris.*



Go Frater Philippus Diez præsentibus literis fidem do hoc compendium moralium cōceptuum ex nostris operibus singulari methodo accurataq; diligentia à Fratre Francisco Campos concionatore collectum & egregio ordine digestum omnibus verbi diuini concionatoribus vtilissimum esse, quo ipsis præ manibus sint ea quæ in nostris operibus ad hominum animos virtutis studio vitiorumq; odio in mora reformationem impellendos, diffuse scripsimus. Voti igitur mei compausasti dum hoc opus quod tibi de tua idoneitate confisus credidi, ita perfectè, exacte que elaborasti ut facillime iam possint concionatores ea omnia quæ in vniuersis nostris operibus dispersa sunt euilibet concioni ad libitum & pro audientium varierate accommodare. In cuius rei testimonium has mēx approbationis literas manu propria subscriptas exhibui.

Frater Philippus  
Diez

APPROBATIO DOCTISSIMI  
Patris Fratris Gasparis à Vzedā.



Vfū Ministri huius prouinciæ Diui Iacobi, discussi hoc compendium moralium conceptuum ex vniuersis concionibus P. Fratris Philippi Diez labore & industria Fratris Francisci Campos concionatoris methodo selectissima collectum. Quod quidem opus, & per quam vtile cōcionatoribus, & nulla erroris suspectaq; doctrinæ labore infectū animaduerti. Ut autem his literis integra adhibeatur fides eas subscripti Calendis Aprilis ab orbe Redempto. 1588.

F. Gaspar  
Vzedā.



R A T E R Franciscus Aldrete Minister Prouincie Sancti Iacobi ordinis Minorum fratri Francisco Campos eiusdem Prouincie concionatori salutem. Quod ex vniuersis operibus eruditissimi P. F. Philippi Diez morales omnes conceptus & flores ad hominum animos virtutis studio vitiorumque odio in morum reformationem impellendos accurate selegeris & singulari methodo per alphabetum digestas, quo omnibus (principue diuini verbi concionatoribus) praemaniibus sint compendio succinxeris non potuit non mihi applaudere. Ut ergo vniuersitati hoc labore fruantur placuit facultatem libentissime præstare ut tuum hoc compendium obtenta prius senatus Regij licentia prælo mandari possit. Data in Salmanticensi nostro Cœnobio Kalendis Aprilis, ab orbe Redempto.

i 5 8 8.

Frater Franciscus Aldrete. Minister Prouincialis.

# EPISTOLA AVTORIS AD lectorem de huius compendij vſu & dispositione.



*V M Institutio nostri ratio sit colligere, ordinare, & dispo-  
nere, omnes sensus, conceptus, ac moralia dispersa, diffusaq;  
per varia opera religiosissimi P. F. Philippi Diez, singu-  
lis ad eum quodque caput, & propriam sedem redactis, ut  
eorum facilior effet vſus, hunc ordinem sequuti sumus.*

## DE DISPOSITIONE, ORDI- ne & methodo compendij.



*T TO L L I T V R , Deducitur, & ponitur hic integer  
sensus, clare, ac præcisè, eiusq; medium & vis plenè, ac pro-  
prie declaratur. Subiunguntur statim variae remissiones loco-  
rum, in quibus noster Philippus eum sensum, scripturae sacræ  
autoritatibus, rationum, exemplorum, memorabiliumque sententiarum  
neruis exornat. Ita vt nullus conceptus hoc in compendio referatur, cui ci-  
tata loca non scripturam, rationes, exempla, egregiaque dicta suggestant  
ac suppeditent. Certus sis ergo cum videris quemque nostri compendij sen-  
sum, reperturum ex his aliquid in loco, vel locis ad quæ refertur: quia cum  
conceptum obiter duntaxat sine scriptura, rationibus, exemplis, vel senten-  
tijs tacitum videbam, in compendium non redigebam. Cum vero quorundam  
conceptuum plures remissiones ponuntur (quòd ab autore diuersis in  
partibus tractentur, & omnes in unum colligantur) vt distinguas, ac in-  
ternoscas locum ubi copiosius discutitur, inuenies eum hac nota insigni-  
tum: latè, diffuse, ex professo, aut ex instituto.*

*Vt autem certa perpetuaq; citatio foret non cito paginas, quod pleraq;  
earum erratae sint: maximè tamen quia cum pluries hi libri P. F. Philippi,  
sint excusi, paginarum citatio non eadem omnibus typis responderet. Demū  
vero vt compendium istud etiam sit vñsi ad libros cuiusvis folij in posteri  
edendos (dūmodo obseruetur quod infra ad Typographum operū P. F. Phi-*

lippi aduertimus) sicut subseruit omnibus impressionibus horum operū, 1.8  
huc vñsq; prodierunt; vel illis etiā quæ furtim euangelatæ fuerūt in folio par-  
no, expensis Sabiani Pesnot, Lugduni, anno. 1586. In qua furtiva im-  
pressione, Dominicale, Cōmune Sanctorū. 3. & 4. Quadragesima eisdē  
numeris digeruntur, quibus typi Salmantini, nec pluribus abundant inter se  
se numeris. Quamvis autē proprium Sanctorū, Aduentuale, 1. & 2. Qua-  
dragesima singulis in cōcionibus, duplici aut triplici numero scatent in illa  
furtiva impressione, facile tamen reperitur locus, vñterioribus duobus aut  
tribus numeris perspectis. Sic igitur liber citatur. In Aduentuali, verbi  
gratia, vel Dominicali &c. deinde concio, deniq; numerus, & cum nume-  
rus semper sit uniformis in omnibus typis, perfectioni sententiarū respon-  
dēs, vñq; adeò certa citatio est, ut fallere nū squā possit: estque in omnibus  
typis perpetua & infallibilis, vel in linea in qua numerus dirigitur, vel duo  
bus, aut tribus lineis vñterioribus, vel citerioribus, si forsan conceptus pen-  
det ex rationibus quæ numerum præcedunt vel succedunt.

Quoties. 4. aut. 5. synonyma vocabula, quæ tendunt in eundem sensum  
inueniuntur, in quibus ijdē ipsi conceptus cogi possent; tunc coaceruantur  
& disponuntur omnes in potiori vocabulo, & in ceteris me refero ad istud  
potius & cōmunius, vñbi cumulatim totū dispositum cōperietur: vt ex one  
nibus illius vocabuli sensibus seligas, & decerpas sententia tua magis con-  
gruū: & ita omne quod singulas quasq; materias respicit, collectum inue-  
nies, non per varia loca dissipatu. Verbi gratia, tribulatio, labor, afflīctio,  
eternitatem, dolor, infirmitas, persequitio, contradic̄tio &c. vniuersa moralia  
& conceptus, quæ super his capitulis ac vocabulis continentur in operis  
P. F. Philippi ordinata, disposita, & collecta in verbo, tribulatio, reperies;  
quod magis commune & principale sit, in ceteris me ad illud remitto, vt  
scias vñbi tractatus est. Rursus si quæ collecta in altero verbo sunt pro-  
deſſe possunt alteri, aduertitur lector in fine conceptuum illius vocabuli.

In materijs tū principalibus, tū copiosis, quædā diuisiones aut paragra-  
phi discernuntur, in quibus cōcluditur, & ad quæ reducitur id omne, quod  
sub illo vocabulo continetur, ad meliorem ordinē, & faciliorem sensum  
ex illo vocabulo coactoriū inuētiōne. Idq; utilissimū dices, si videris ver-  
bum, amor, verbum, iustus, verbū, opera, verbū, peccatum, & similia, que  
nisi

nisi paragraphis diuiderentur, laboriosum foret inuenire sensum, qui in his quereretur, ob multitudinem & varietatem quae in se continent.

In omnibus virtutibus & vitijs, atq; in alijs potissimum vocabulis, ante conceptuum dispositionem, citantur remissiones definitionis illius aut vitiij, aut virtutis: ut si euangelicus concionator (qui Dominicā messem cœlestis doctrinæ fluentis irrigat) è radice exordiri velit, sui tractatus definitionem proponat protinus per conceptus progrediatur.

Post uniuscuiusq; virtutis, seu vitiij conceptus, paragraphus ponitur cōtinens remedia ad illud vitium fugiendum, virtutemq; sectandā, & consequendā, ac conseruandam: idem etiā in verbo peccati generaliter in odii peccati, atque in verbo, virtus, generaliter in virtutis studium.

Postremò seruat compendium istud ordinem Alphabeticum tam perfecte, ut nulla in litera deficiat, vel inuertatur. Hac studiosum concionatorem ante huius operis initium admonenda iudicauimus, ut consilijs nostris rationem quam in eo sequenti sumus plenam illi faceremus.

#### D E V S V C O M P E N D I I .

**Q**uid immorer in percensendis istius opusculi fructibus? siquidem cōpendij huius ysi omnia opera P. F. Philippi ad Quadragesimam (verbi gratia) conducent; atq; ex Quadragesima & vniuersi cōcionibus, Adiectum, (verbi gratia) conficies: viceq; versa ad quamcunq; concione omnia conuertere poteris. Nam si concionari velis in Quadragesima, de dilectione (exempli causa) inimicoru, legas in verbo inimicus; in quo per tres paragrapbos elati, dispositi q; sunt vniuersi conceptus dispersi circa illud argumentum in cunctis his operis, ut ex illis deligas quē tui instituti auditorijq; ratio cōcinniore tulerit. Ergo ad quamvis concione, imo ad quēlibet cōcionis articulū, cū hoc cōpendio facile vti poteris operibus omnibus P. F. Philippi. Quo salutaris doctrina semine Ecclesiariū arua foecundes, non modo pios doctrinæ pabulo sustentando, sed impios etiā à sceleribus reuocando; nec solum currentibus calcar addendo, sed ad cursum iacentes atque dormientes exercitando: ac deniq; non modo viuentes in vita gratiae, doctrinæ ministerio conseruando, sed mortuos etiā in peccato eodem ministerio ad nouam vitam traducendo.

Præterea cū apud te statuis de hoc, illo vè conceptu concionari quē ex cogitatum elaboratūq; habes, & ad eorū ornatū; scripturā, rationes, exempla, insigneq; sententias desideras; hoc si cōpendio ytaris abunde tuū studium

dium explebis, eo namq; quæ sito apud compendium conceptu, perpenſisq;  
locis in eo citatis, occurret maximus scripturæ rationum, exemplorum,  
sententiarumq; delectus, mire proposito congruens, ut ex totis operis ad  
tuum institutum deficiat, desideresque nihil.

Tandem si consolatoria epistolam scribere velis, rationes, & considera-  
tiones non paucas ministrabit illa dictio, tribulatio, vno in paragrapho,  
ad solatiū afflicti, persequunti, tribulati, aut infirmi. Quod si suasionibus vti-  
contendas, generaliter, vel peculiariter, tū ad hominū animos virtutis stu-  
dio, viriorumq; odio impellendos, tum in humanarū rerum cōtemptū, siue  
ad quē ab improbo statu renocandū, siue ad aliū in arcta sanctæ religionis  
septa recludendū, hoc legas cōpendiū, sic aptè digestū, torq; auxilijs refer-  
tū, ut etiā remissionibus non euolutis optatibus tuis plene satisfasias: atq;  
vel ex eo experieris, quod tā ratio, quā cōsideratio, hic cū medio, viq; sua  
integre describitur: adeoq; præcise vt ovās bōvī, hoc est, uno fasce (vt  
aiūt) vniuersa amplexentur, ne quis possit mihi obijcere maiora me fecisse  
suburbia vrbibus. Et vt occurrā censorum spongijs, & Aristarchorū li-  
turis, totū hoc cōpendiū simile est Horatianæ Corniculæ alienis plumis cir-  
cumquaque vestitæ, illudq; Lucretij usurpare possum.

Floriferis vt apes in saltibus omnia libant:

Omnia nos itidem de cerplimis aurea dicta.

Dedi namq; operā fulgentissimas margaritas, & præclarissimas gem-

Quod etiā adducit Ce  
liuſ lib. 15. in vnu colligere, & coaceruare. Forteq; illud Ecclesiastici dicere possem  
c. 16.

Prouerbio rum. 27. d.  
25.

Aperta sunt prata, & apparuerūt herbe videntes, & collecta sunt fœna  
de mcnibus. Indicem autem Euangeliorum totius anni non adieci; quia  
quod mihi consentaneum huic aut illi Euangeliō videbitur, id alteri aliud  
agenti dissentaneum videretur. Consultius putau ac lectori vtilius, vt  
quisque pro arbitrio, quæ vtiliora instituto suo iudicaret ex hoc indice pe-  
teret: ita enim plura sine dubio & vtiliora inueniet, quam si singula certis  
concionibus ac certis Euangelijs adiicerentur. Accipeigitur lector huma-  
nissime munusculum hoc nostrum, & ea humani tate atque animo

quo cetera nostri autoris opera intueris amplectere, cum  
hic non tantum meos, quantum autoris labo-  
res proprios habeas.

**DIGNISSIMO ET COLEN-**  
**DISSIMO PATRI NOSTRO F. FRAN-**  
 cisco Aldrete, celeberrimæ huius prouinciæ. D. Iacobi instituti Mi-  
 norum meritissimo prouinciali ministro, ac totius ordinis  
 Generali Diffinitori & Patri, F. Franciscus  
 Campos perennem fœlicita-  
 tem exoptat.



Hodij, dignissime præfus, quos ob insignem doctrinæ laudē esse  
 in Mineruæ tutela vetustas prodidit, hominē Saturno sacris vi-  
 etimis immolabant. Quod quidē Thraces, Gallos, Scythas, Ro-  
 manus interdum, & plerasq; gentes non modò barbaras, sed do-  
 ctrina etiā atq; humanitate cultas factitasse legimus. Marmorea  
 namq; vel lignea ementiti numinis simulacula (quorum leuissi-  
 mam religionis specie illa rudis antiquitas cælesti spoliata lumine, impurisque  
 superstitionibus obstricta vnicè suspiciebat) humanis hostijs ad sensum aliquem  
 humanitatis perduci, & ad imbecillitatis item suæ miserationem flecti & com-  
 moueri posse credebāt. Ideo inani Deorū cultu decepti, *χύτρας ἐπιδιηρυψέντος*,  
 teterimas illas crudelitatis cæremoniæ humano imbutas sanguine induxerunt *Hoc est. of-*  
 vt frequētissimè humana cæde aras ac templa cruentarent. Nos vero fabulosum  
 leuissimi numinis cultū, quē Ethnici illi cæxitate mentis illusi, ac tetra caligine *las ostentā-*  
 oppleti venerabantur, non deridētes solū sed opprobrijs etiā ac conuitijs lacerā *tes. Prouer-*  
 tes non hominem, vt Rhodij Saturno : nec præcocom nostram studiorum fru-  
 gem, vt Licurgus Apollini, Minos Ioui, Zaleucus & Vlisses Mineruæ, Numa Æge-  
 ria, Hippolitus Diana despöndemus: sed illorum exemplis pie tamen adductus  
 compendium hoc moralium conceptuum excelsa amplitudinistutæ nomini \* *do quod di-*  
*εξιο τῷ παττόσ offerre decreui. Sapientes & exercitatos agricolas imitatus, qui rē pec-*  
 platas teneras, & iniurijs temporiū maximè obnoxias celsis atq; amplis arboribus  
 adiungūt, vt earum ymbra atque præfido à ventorum flatibus, frigorū vi, calorū  
 extu, grandinis ac niuis impetu defendantur. Præsertim cùm huius fructus, qua-  
 liscumque sit, tibi gratiæ agenda sunt, quia te monente atque etiam iubente nūc  
 libellum institui, deinde me quasi languentem ad illum in lucem edendū iussū  
 atq; imperio tuo adstrinxisti. Hunc igitur non tam meum quam tuum foetū, ob-  
 seruantæ in te mea pigra agnolce, festinatum reor currente præl. & impoli-  
 tum, perpolias precor, limatissimamque censuram tuam huic op̄. scūlo ad:  
 beas. Utinam tuam in me singularem beneficentiam, qua me tibi nō aximè deuin-  
 xisti, æqua possem statera gratiæ rependere: nam ex eo tempore, quo mortalibus  
 rebus nuncio remisso me primū huic sacræ religioni addixi, diuinæque volun-  
 tati consecraui, vt pauper Christo pauperi in pauperum familia seruirem, te in sophi-  
 liadī us.

vnicum habui & benignissimum parentem & studiosissimum patrofum. Interdū  
radiantem totius virtutis supellectilem, qua omnē posteritatem illustras im  
mortalibus gloriæ præconijs celebrandam æternitati relinquam. Qui limpidissi  
mo diuini eloquij pabulo Christianæ religionis seminaria diffundis, vitæ inte  
gerimæ exemplo ad rectam probitatis semitam haud paucos reuocas, orthodo  
Idest auro xx fidei & seraphicæ huius religionis, vitæ puritate, χρυσοῦ vt aiunt, χρυσοτίga,  
magis au- exercendi tui muneric grauitate, fide, & consilio fancis ac sustines: vt vniuersi  
rea. mortales tui admiratione rapti obstupecant. Age igitur & clientistui  
nominis studiofissimi, & tuarum virtutum cultoris suscipe  
patrocinium. Vale, & te Christus, hancque tuam com  
postellæ prouinciam, in columem ac  
fœlicem tueatur.

## Errata Compendij

P Agina.3.columna.1.versiculo,ca.conc.3.lege.2.p.8.col.1.v.perfectis, firmissi  
mè, lege perfectissimè. p.12.col.2.v.vt vilissima est, leg.re vilissima. p.25.col.1.  
v.quadrag.leg.2.quadra. & ibi.v.conc.2.leg.1.p.39.col.1.v.ca.leg.ca.10.& ibi nu.  
10.leg.10.p.53.col.1.v.15. à parte.leg.piam.p.58.col.1.v.28.dom.8.leg.7.p.67.col.1.  
v.minica.5.leg.3.p.74.col.1.v.num.10.leg.20.p.76.col.1.v.uent.leg.conc.1.p.91.  
col.1.v.exem.leg.bonum quantum.p.95. col.2.v.ligen. nominibus,leg.homini  
bus,p.119.col.2.v.9.domi.2.leg.21.p.110.col.1.v.1. num.23.leg.27. p.143.col.2.v.  
num.7.leg.17.p.160.col.1.v.minicam,& 3.leg.& 4.p.172.col.2.v.conc. nu.7.leg.  
37.p.198.col.1.v.nat.domi.3.leg.2.p.207.col.1.v.randus.nu.9.leg.6.p.211.col.2.v.  
passione.nu.leg.32.p.117.col.2.v.5.nu.19.leg.29.p.231.col.1.v.nu.1.leg.12.p.267.  
col.1.v.nu.14.leg.24.

# COMPENDIUM MORALIVM CONCEPTVVM

Ad formandas hominum mentes; inflammatis eorum animis in virtutis studium alacrius obeundum, vitorumq; odium vehementius suscitandum: ex operibus sapientissimi patris Fratris Philippi Diez, concionatoris inclytis ordine alphabeticō collectum,

PER F. FRANCISCVM CAMPOS PROVIN-  
ciae S. Iacobi, ordinis Minorum, Concionatorem.

## A.

**A**bstinentia Vide ieiunium, vide gula.  
**A**ctiva vita, Sine contemplatiua, & cū illa vide contemplatio. Contemplatiuae vitæ & actiuae inter se cōparatio.

**A**ccidia, Vide pigritia, Vide etiā otium.

**A**ccepitio personarum, Vide iudex, & prælatus.

**A**dæ peccatum, vide litera O, verbo, originale peccatum.

## Adoratio.

Adorationis definitio in Aduēt. conc. 4. Epiphaniæ num. 6.

Deus semper in omni statu, & legevoluit humanæ fragilitati se accommodans, sub rerum corporarum specie adorati, in proprio sanctorū conc. Eucharistiae nu. 3.

Maxima reverentia Deum adorare debemus in Aduent. Dominica. 3. post Epiphaniam concio. 1. num. 17.

Deus adoratur à Christiano intellectu, & voluntate: & quomodo in Aduent. conc. 4. Epiphaniæ num. 6.

Duplicem adorationem Deo debemus exteriorem & interiorem. in Aduēt. cōc. 4. Epiphaniæ num. 13

Vide reliqua, quæ huc spectant verbo, idolatria.

A Adu-

## Adulator

### Adulator.

Adulatorum magis quam capitales hostes cauendi. 3. Quadragesi. Sabbato post Dominicam. 4. n. 29.

Adulatorum quantum animabus officiant. 2. Quadrag. Dominica. 1. feria. 4. nu. 20. & .3. Quadra. Sabbatho post dominicam. 4. num. 29. Et in proprio Sanctorum conc. 2. Ascensionis num. 17. & ibi conc. 4. Petri & Pauli nume. 8.

Adulatorum serui, à suis Dominis illico sunt ejiciendi. In proprio Sanctorum conc. 4. Petri & Pauli nume. 8.

Blādirialijs est maximum crudelitatis genus. In Dominicali, Dominica. 22. post Pentecost. conc. 1. nume. 50. vbi latē.

Adulatorum non sunt hilari facie recipiendi. 2. Quadrag. Dominica. 1. feria. 4. nume. 22

Adulatori maxima asperitate respondendum est. In Dominicali Dominica. 22. post Pentecost. cōc. 1. nume. 49.

### Aduentus Christi.

Aduentum Christi qualiter præuenire debemus. Dominica. 4. Aduentus conc. 3. num. 32

Aduentus Christi cur in Ecclesia celebratur. Dominica. 4. Aduentus conc. 3. nume. 32

Aduentus Christi in hunc mundum fuit ut celi iter suaue, facile, & planum redderet. Dominica. 4.

Aduentus. conc. 1. nume. 34.

Cur Christus tam pauper, & tā humili in hunc mundum venit, Dominica. 3. Aduentus. conc. 4. nume. 3.

Suo Aduentu, omnia bona secū in mundum Deus attulit. In Dominicali, Dominica. 9. post Pentecost. conc. 1. nume. 20

Reliqua omnia, quæ hūc spestant vide in verbo. Incarnatio Christi.

### Adulterium.

Adulterium etiā apud infideles & Ethnicos grauissimum est peccatum. 2. Quadra. Sabbatho post Dominicam. 3. nu. 4. 9. &. 13. & in Aduent. conc. vñica Agathæ. nu. 7.

Adulterio grauius delictum committit apud Dei tribunal, quam adultera. Rationem vide in communī Virginum conc. 2. num. 15

Adulteros Christianos quam acriter Deus puniet, in communī Virginum conc. 2. nu. 15

Adulterium est vitium maxime execrabile. In Aduent. conc. vñica Agathæ. num. 6

Amplificabitur hic locus ex verbo, Luxuria;

*Aduersitas*, vide tribulatio.

Aduocatus nullus vñquam in sanctorum calendario repertus est. In Dominicali Dominica. 16. post Pentecost. conc. 2. nu. 43

Aduocatorū, scribarum, & aliorum ministrorū iustitię officiū pecu-

## Amicitia.

2

riculosisimum esse. In Dominicali, Dominica. 16. post Pentecost. conc. 2. num. 42

*Aegitudo*, vide tribulatio.

*Affibilitas*, vide mansuetudo.

*Affectiones nostrae*, vide verbo, appetitus hominis.

*Ambitio*, *ambitus*, vide superbia, superbus, vide etiā vanagloria.

*Ambitus dignitatum & prælatura rum*: vide prælatura & superbia.

## Amicitia.

Amicitiæ leges adductas à Spiritu sancto enumerat. 2. Quadrag. feria. 2. resurrect. num. 4

Amicitiæ conditiones recensentur in Dominicali, Dominica. 12. post Pentecost. conc. 2. nu. 37.

Amicitiæ hieroglyphica explicantur in Dominicali Dominica. 12. post Pentecost. conc. 3. num. 37.

Amicitia cum malis quantum ob sit: cum bonis quantum proficit: vide verbo, conuersatio.

Omnis veri amici, & veræ perfectissimæque amicitiæ conditio nes, inter Deum & hominem repetiri possunt. In Aduent. conc. 4. Ioannis Euangelista num. 2. vbi latissime id ostendit. & in communii Apostolorum conc. 2. num. 21. vbi latissime.

Nequaquam decet hominem pium, amicitiam cum impio texere. In Dominicali, Dominica. 2. post Pascha. conc. 2. num. 21.

Dona amicitiam refaciunt & conseruant. In Aduent. Dominica. 6. post Epiphaniæ. conc. 3. n. 8

Amicitia, vide etiam amor. s. amor proximorum.

## Amicus.

Amicis suis fidem non seruate execrabilis scelus. 2. Quadrag. feria 6. post cineres num. 34

Amici veri quas conditiones habere debeat. In cōmuni Apostolorum conc. 2. num. 20. vbi latissime.

Non est amicus qui solum sui causa est amicus. In cōmuni Apostolorum conc. 2. num. 9

Amici huius temporis, necessitatibus tempore desicere solent. Dominica. 2. Aduentus conc. 2. nu. 26.

In amicis eligendis cautissimus esse debes. In Aduent. conc. 3. Tho mæ num. 14

Amicis honesta petenda. 3. Qua drag. Sabbatho post Cineres n. 26.

*Amicus Dei*, vide verbo, iustus.

## Amor.

*Amor Christi erga nos*, vide Christus.

*Amor quo Christus passus est*, vide, passio Christi.

*Amor rerum terrenarum*, vide, bona temporalia.

*Amor inimicorum*, vide inimicus.

*Amor turpis*, vide luxuria.

**S. Amor Dei erga nos.**

Amore eximio Deus uos amat.

A 2

4. Qua-

## Amor Dei erga nos.

4.quadrag.Dominica in Passione  
eria.6.nu.m.16.

Amor Dei erga nos quantum. 1.  
quadrag.Dominica.1.feria.3.nu.2.  
& in Aduent.conc.4.Conceptio-  
nis B.Mariæ nu. 14. & Dominica  
4.sequenti feria.6.num.5.& 3.qua-  
drag.dominica.4 feria.4.nu.17. &  
dominica in Ramis sequenti nu.2.  
& in proprio Sanctorum conc. 2.  
feriæ.2.Pentecost.nu.11.

Amore donat Deus omnia, que  
nobis elargitur.in proprio Sancto-  
rum fer.2.Pentecost.conc.1.nu.16.  
Et omnia Dei opera , noua & vete-  
ra amore fiunt,& facta sunt,ibi,cō-  
cio.2.nu.2.

Amor,quo Deus nos diligit om-  
ni ex parte infinitus est,in proprio  
Sanctorum conc.1.feriæ.2.Pente-  
cost.nu.6.

Modus, quo amat nos Deus in  
explicabilis est,in proprio Sancto-  
rum cōc.1.feriæ.2.Pentecost.nu.5.  
Amor Dei potius est effectus,  
quam affectus,quia ei quem amat  
plurima confert beneficia.in pro-  
prio Sanctorum conc.2.dieī sancti  
Pentecost.nu.2.

In amore Dei erga nos,conside-  
ra quis est, qui diligit,& quem dili-  
git,& quomodo diligit,vide & no-  
ta,in proprio Sanctorum. conc.1.  
feriæ.2.Pentecost.nu.3.

Amor hic Dei erga nos nutricis  
erga suū infantem amori apprimē  
comparatur.in Dominicā domi-  
nica.2.post Pascha conc.2.nu.5.

Amore tanto Deus nos diligit  
vt quantum in se est semper nobis-  
cum velit esse : & si deest, nostra  
culpa est, qui tanquam ingrati ab  
illo fugimus , in proprio Sanctorū  
conc.2.feriæ.2.Pentecost.nu.13.  
Cūm amor Dei sit vñus & immu-  
tabilis,cur aliqui singulariter ab ip-  
so dilecti dicuntur.in Aduent.con-  
cio.2.Ioannis Euangelistæ. nu.22.

Amor hic Dei,est ceterorum bo-  
norum quibus eum quem diligit  
afficit,fons,in Aduent.conc.3.Ioā-  
nis Euangelistæ nu.12 & in Domi-  
nicali dominica.5.post Pascha con-  
cio.1.nu.2.

Deus puro nos amore amat, nul-  
la utilitatis mistione. in Aduent.  
conc.4.Ioannis Euangelistæ nu.4

Amor est omnium rerum,que  
in mundo sunt fortior,cum inuin-  
cibilem vicerit. in proprio Sancto-  
rum conc.2.feriæ.2. Pent. num.12

Amor Dei erga nos quā immen-  
sus sit ex eis quæ pro nobis pas-  
sus est, super omnia dignoscitur:  
de quo vide plurimā in verbo,Pas-  
sio Christi.

Deus tam immenso amore ho-  
mines diligit,vt locus in quo homo  
non est,solitudinem vocet. in Do-  
minicali dominica.3.post Pente-  
cost.conc.2.nu.22.

§. Amor noster erga  
Deum:& de amoris huius diui-  
ni effectibus,vi & efficacia.

Amor

## Amor noster erga Deum.

5

Amor noster erga Deū, quas cōditiones habere debet. In communī Apostolorū cōc. 3. n. 12. vbi late.

Amoris diuinai quāta sit vis, efficiacia, fortitudo, & potestas: & quā mirabiles effectus in his, in quibus residet, proferat. In proprio sanctorum conc. 2. diei sancti Pentecost. nume. 11. & in Dominicali Dominica. 17. post Pentecost. cōc. 2. num. 47. vbi late &. 2. Quadra. conc. de Passione nu. 20. &c. 3. Quadrage. Dñica Resurrectionis nu. 29. & in Aduent. conc. 2. Ioannis Euā gelistē nume. 11. vbi latissime. Amori & dilectioni Dei omnes & anima & corporis vires, deniq; totus homo inseruire debent. In Dominicali Dominica. 12. post Pentecost. conc. 1. num. 36.

Amor noster erga Deum incōstantissimus est, cū amor quo ipse nos diligit sit firmissimus. 3. Quadrage. cōc. in cœna nu. 5. & 4. Quadrage. conc. in cœna num. 26.

Amor Dei cōsistit in hoc, quod posito Deo ex vna parte, & mūdo ex alia, velit potius homo totum mundum, quam Deum amittere. In Dominicali Dominica. 12. post Pentecost. conc. 2. num. 17. vbi optimis Sacrae scripturæ exemplis id confirmat.

Vt Deum homo amaret, ipsum Deus creauit, illud tamen cui minus homo incuimbit est id, propter quod fuit conditus. In proprio sanctorum. conc. 3. Assumptionis B.

Mariæ nume. 37.

Ne in amorē Dei feramur, singulē pueriles etiam res nobis impedi mēto esse, lachrymandū est. In proprio Sanctorum conc. 2. diei sancti Pentecost. nume. 3.

In amando Deū omnē vim, omnemq; animū, collocemus, magis quā in cognoscendo illū; cū maius meritum, nobis accrescat amando, quā intelligēdo. In proprio sancto rum conc. 3. Trinitatis num. 23.

Amor hic diuinus quomodo de pingēdus sit. In proprio Sāctorum cōc. 2. diei sancti Pentecost. nu. 11.

Amoris igne corda nostra combusta, vult Deus, vt in sacrificium illi offeramus. In proprio Sanctorum conc. 1. feriæ. 2. Pentecost. nu. 2. & in Dominicali Dominica. 17. post Pēte. conc. 1. nu. 44. vbi late.

Nos amore concitatos Deo seruire, & non coactos vult ipse Deus. In communi vnius mart. conc. 1. nume. 21. vbi late.

Qui diuini amoris sagitta vulneratus est, quiescere in creaturis nequit. In Aduent. conc. 2. Ioannis Euā gelistē nume. 11.

Amor noster, erga Deū, ex operib; debet dignosci. 1. Quadra. cōc. in cœna, nume. 21. & in communi Apostolorum conc. 2. num. 11.

Amorem Dei, cum timore eiusdem connectere oportet. In communi Virginum conc. 4. num. 2.

Eos qui, ob amorē Dei, aliquid in hac vita reliquerunt, nō solū, ipse

in alia; sed in hac etiam vita, maximis munieribus affectit. In communione confessionis pontif. euang. ecce nos reliquimus omnia &c. conc. 4. nume. 19.

Quanto magis quis amat Deum, tanto magis ab omnibus Deum amari vult. In Advent. conc. 1. Ioannis Evangelistæ num. 8.

D eum amore, complacentie diligere debemus: letantes, & cöplacentes, quod ipse infinita illa, quæ habet bona possideat: non tamen amore desiderij ( quo proximum diligere debemus ) quia nihil ei de est, quod cösequatur In Dominicali Dñica. 17. post Pentecost. conc. 1. n. 28.

Sicut impossibile est: vas aliquod, perfecte adimpleri; si tremes est & non quietitur; sic impossibile est humanum cor, amore Dei perfecte adimpleri, si inquietum est, & mutabile. In Dominicali Dominica. 17. post Pentecost. conc. 1. num. 41.

In omnibus virtutibus, ( saltem cardinalibus) requiritur terminus: amor autem quanto magis, ac magis, protenditur, tanto excellentior est. In Dominicali Dñica. 17. post Pentecost. conc. 1. num. 45. & conc. 2. nume. 50 Et sic sine mensura, sine modo, & sine termino Deus est diligens. Ibidem.

In amore Dei, perseverantiam Deus exposit. In Dominicali Dñica. 17. post Pentecost. conc. 2. nu. 43. sic in stirpe precipua cura in conservando hoc auioris igne, constituta de-

bet esse. Ibi. nume. 44.

Sicut Deus, omnia visibilia, propter hominem creavit. & in ipsius amorem: ita homo, omnia sua opera, propter Deum, debet proferre & in sui tantum amorem. In Dominicali Dominica. 17. post Pentecost. conc. 2. num. 45.

Amor Dci, potens est, ad idmet operadum, quod in homine, mors factura erat. In Dominicali. Dominic. 17. post Pentecost. conc. 2. nu. 46. & in Advent. conc. 2. Ioannis Evangelistæ num. 14.

Amor hic Deicest, velut ignis, omnia comburēs, & in flammans. Dominic. 17. post Pentecost. conc. 2. nume. 46.

Maximum fuit beneficium interā facili, tamq; in manu nostra, qualis amor est, gloriæ consequitionem, & diuinum cultum, nobis constituere. 3. Quadra. Dominic. 3. feria. 4. num. 3. & 4. Quadra feria. 6. post Cineres num. 12. & in proprio sanctorum, conc. 2. diri sancti Pentecost. num. 4. & ibi conc. 2. feria. 2. Pentecost. num. 13. & in Dominicali Dominica. 19. post Pentecost. conc. 2. nume. 26.

Vnu exceptio i bus signis, quod charitas Dei, aliquius animq; insit, est, secundissimo utilitatis proximorum desiderio, s. graue. In proprio sanctorum conc. 2. visitatio- nis B. Mariæ nume. 21.

Amor est, quod præcipue, à nobis Deus, exposit: quia amor, amo

# Amor noster erga Deum.

7

• reperendit. In proprio sancto-  
rum conc. 2. feria 1. Pentecost. nu-  
mero. 12.

Amoris diuini, tanta est vis, ut  
faciat eum, in quo residet non so-  
lum, libenter se morti offerre; ve-  
rum eam efficaci studio oppete-  
re. In Dominicali Dominica. 4.  
post Pascha conc. 2. num. 7.

Inter ea, quæ animas nostras, à  
peccatis tueruntur, præcipuum est,  
amor. In Dominicali Domini-  
ca. 22. post Pentecost. conc. 1. nu-  
mero. 2.

Aliqua quæ hoc spectant, vide  
verbo, charitas.

## §. Quod amor noster er- ga Deum sit exiguum.

Amorem nostrum, erga Deum,  
exiguum esse, colligitur; quia vix  
aut nunquam, Dei recordamur. In  
proprio sanctorum conc. 1. diei san-  
cti Pentecost. num. 9.

Et quia carentia Dei exigua nos  
afficit tristitia. In proprio sancto-  
rum conc. 1. diei sancti Pentecost.  
num. 11.

Et quia maxima difficultate, &  
repugnantia quo Deus nos ducit  
fluimus. In Advent. conc. 2. Ioan-  
nis Euangelistæ num. 14.

Et quia parvum doleamus, cù Deus  
offenditur. In Advent. conc. 1. An-  
dreae nu. 14. & in Dominicali Do-  
minica. 4. post Pascha conc. 2. nu-  
me. 12.

Et quia veriamatores Dei, om-

nes quascunque facile superant,  
difficultates, ipsos quominus ad  
Deum accedant, impedientes. 1.  
Quadrage. feria. 5. Resurrectionis  
num. 6 & 3. Quadrag. Dominicæ  
Resurrectionis num. 26.

Et quia quancunque rem quam  
propter Dei amorem, & leti-  
tium facimus, maximam esse exi-  
stimamus; cum Deus omnia que  
amore nostri passus est, modicum  
appellet. In Dominicali Domini-  
ca. 3. post Pascha conc. 1. num. 9.  
vbi latissime.

Et quia vel minima hora, qua  
cum ipso in oratione, vel contem-  
platione, sumus, annum integrum  
esse, existimamus: cum ipsi Deo  
parum esse, videatur, id quod cum  
nobis cominoratur. In Dominicali Domini-  
ca. 3. post Pascha conc. 1.  
num. 16.

Et quia ubi amoris diuini ignis  
est, semper omnique tempore ho-  
ra est, proximo subueniendi. In  
Dominicali Dominica. 13. post Pé-  
tecost. conc. 1. num. 19.

Et quia minores effectus diui-  
nus amor in te efficit, quā turpis,  
& dishonestus amor, in eis in qui-  
bus residet facit. 3. Quadra. Domi-  
nica resurrectionis num. 25

Et quia ea tantum facere, pro  
eo volumus, ad quæ sub mortali  
peccato, tenemur: non verò plura.  
In Advent. conc. 2. purificationis  
B. Mariæ num. 11.

Et quia cù plurima propter tē po-

A 4 ralia,

ralia, imo propter peccata suppor-  
temus; propter Dei autem amoris, ni-  
hil sustinere volumus. In Domini-  
nali Dominica. 6. post Penteco-  
st. conc. nuin. 21.

¶ Et quia qui verè amat, non res-  
picit, ad inconuenientia. 3. Quadr.  
Dominica Resurrectionis num. 25

### §. Circa illud amoris Dei præceptum: Diliges dominū Deum tuum, ex toto corde &c.

#### Considerationes.

Hoc præceptū, à beatis, in patria  
perfectis, firmissimē adimpleatur,  
sed non tanquam præceptum, sed  
tanquam meritorum præmium. In  
Dominicali Dominica. 17. post Pē-  
tecost. conc. 1. num. 25.

Hoc præceptum, in hac vita, nū  
quā vsq; quaq; perfecte adimple-  
mus. In Dominicali Dominica. 17.  
post Pentecost. conc. 1. nu. 25. & in  
Aduent. conc. 2. Ioannis Euangeli-  
stæ num. 17. vbi late.

In hoc præcepto, cor est primū,  
quod à nobis Deus postulat. In  
Dominicali Dominica. 12. post Pē-  
teco. conc. 1. nu. 28. Et licet ex alijs  
rebus, quæ cor nō sunt, partē Deus  
exposcat, ex cordetamen, non par-  
tem sed totum integrū exigit. Do-  
minica. 17. post Pentecost. cōc. 1. nu.  
34. Nec mirū cum homo qui vilis-  
simus terre vermiculus est, nō nisi  
cū toto Deo contentus sit. Dñica.  
17. post Pentecost. conc. 1. nu. 35.  
vbi plura dicit graibus referta sen-

tentijs: & conc. 2. sequentiū num. 42

In præcepto amoris Dei, ex toto  
corde iubemur ut omni studio, car-  
nalia extinguere, & odio habere cō-  
tendamus: & diuinum tātum amo-  
rem, amplectamur. In Dominicali  
Dominica. 12. post Pentecost. cōc.  
1. num. 30. vbi latē.

Si peccatum non esset, vt ipsum  
Deum ardenter amore profe-  
queremur, nequaquā amoris præ-  
p̄t̄ indigeremus. In Dominicali.  
Dñica. 12. post Pente. conc. 2. nu. 23

Hoc amoris Dei præceptum, in  
lege Euāgelica nouo ac maiori mo-  
do adimpleri debet. In Dominicali  
Dñica. 12. post Pent. cōc. 2. n. 21.  
& in Aduent. conc. 1. Andreę. n. 19.

In amoris mandato præcipitur,  
omnē animi virtutem, amori diui-  
no subiçere, & hoc viriliter & nō  
remisse. In Dominicali Dominica.  
12. post Pentecost conc. 2. nu. 36.

Prima lex, quam Deus homini  
dedit, amoris fuit. In Dominicali  
Dominica. 12. post pētecost. conc.  
2. num. 12. vbi late.

Amoris præceptum, in lege etiā  
scripturæ Deus maxime commen-  
davit. In Dominicali, Dominica.  
12. post Pentecost. conc. 2. num. 16.

Amoris hoc præceptum speciali-  
ter præceptum suū Deus appellat:  
& quare. In communi Apostolo-  
rum conc. 1. num. 21.

Amoris hoc præceptum singulari-  
ter probitatē benigntatemq; Dei  
repräsentat. In communi Aposto-



## Ad amorem Dei commouen.rat.

9

lorum conc. i. nume. 21.

Diligere Deum ex toto corde est, certum non esse inclinatum, ad alterius rei quam ad Dei amore. In Dominicali. Dominica. 17 post Pentecost conc. 2. nu. 40. vbi etiam late explicat quid sit diligere ex tota anima & ex tota mente.

Amoris ratio clauditur in his duobus verbis, Deum, & tuum; In Dominicali Dominica. 12. post Pentecost. conc. 2. nume. 25.

Deus à se ipso tantum amari potest vt amari dignus est. In Aduent. conc. 2. Ioannis Euangelistæ. nu. 18

**S. Rationes ad homines in amorem Dei inflammandos, & ad dilectionis Dei præceptum adimplendum commouendos.**

Prima ratio. Deum ardentissimo amoris affectu dilige, quia Dominus tuus & Deus tuus est. In Dominicali Dñica. 12. post Pente. conc. 2. nu. 25. & Dñica. 17. conc. 1. nu. 33. & con. 2. sequenti num. 32.

Et magis tuus est, quātuus pater, aut filius, aut vxor. In Dñicali Dñica. 12. post Pente. conc. 2. nu. 31. Et adeò tuus est, vt homo factus sit propter te: ibi. nu. 32. Quā vehemēter nos in Dei amorem, hoc beneficium impellat, vide incarnatio. Et in Dominicali feria. 4. in litanij majoribus conc. vna, num. 11.

2. Ratio. Quia si ad diligendū amicitię rationē habeas, nullius (quā Dei) amicitię signa evidentiora vni-

quā extiterūt. In cōmuni A posto lorū cōc. 2. n. 18. & in Aduent. cōc.

4. Ioannis Euangelistæ nu. 2. vbi latissimè & ex professo.

3. Si tamē alterius erga te amorem species, Deū ipsum (qui summum bonū est) te maximo amore proferet qui inuenies. In Dñicali Dñica. 17 post Pent. conc. 2. nu. 32. Hoc argumentū late prosequimur supra. 3. Amor Dei erga nos: vbi plura selecta inuenies.

4. Si verò eximia bonitatis & pulchritudinis species apud te amore promeretur, quis vñquam immeasurablem illam Dei pulchritudinem & bonitatē valebit mēte & cogitatione comprehendere? Dominica. 1. Aduentus conc. 2. num. 2. vbi late.

5. Si vero beneficia spectas, nullius (quam Dei) beneficia maiora sunt. In Dominicali: Dominica. 17. post Pentec. cōc. 1. n. 40. & In Dñicali Dominica. 2. post Pente. cōc. 2. nume. 17. & Dominica. 2. 2. post Pentecost. conc. 2. nu. 39. vbi latē.

6. Si amare eū desideras, qui tibi familiariſsimus esse debet, nullus magistua conuersatione gaudere, quā Deus significauit. In Aduent. cōc. 4. Ioannis Euangelistæ num. 10.

7. Si autē tuum amore pretio emivis, quis maius pro illo pretiū, impendit quā qui pro ipso vitam eternā pollicetur? 3. Quadr. Dñica. 3. feria. 4. nu. 30. &c. 4. Quadrag. feria. 6. post cineres num. 12. & in proprio sanctorum conc. 2. diei sancti Pen-

A 5 tec-



te cost. nu. 4. vide de hoc plura verbo, gloria.

8. Quod si tantum eū qui vehementer tuum amorē extorserit, diligerevis, nullus potentius Deo id a te extorquet; vt probat in Dominica. Domin. 17. post Pentec. conc. 1, nume. 36.

9. Si verò timore perterritus, & pœnis coactus, ad diligendum commoueris, Deus ingentes, & æternas misériastibī, si illum non dilexeris minatur. 1. Quadragesi. Dominica. 1. feria. 3. numero. 11. &c. 3. Quadragesi. Dominica. 2. feria. 5. nume. 31. & in Dominicali. Dominica. 3. post Pascha conc. 1. nume. 21. vide de hoc plura verbo, infernus.

10. Sietiam stimulos, ad diligendum tibi addet, cognoscere, aliquem paratum esse tibi in necessitatibus subuenire, Deus tanto desiderio nostris necessitatibus subueniendi flagrat; vt etiam non poscentibus, præbeat, & non interrogantibus obuiam exeat. In Dominicali. Dominica. 3. post Pascha conc. 2. nume. 14. Et in conferendis beneficijs Deus nos præuenit. 4. Quadrag. Dominica. 4. feria. 4. nume. 23. Et semper maioribus necessitatibus occurrit. 2. Quadrag. feria. 2. Resurrectionis num. 15. Et promptissimè suorum necessitatibus subuenit, in Dominicali. Dominica. 23. post Pentec. conc. 2. nume. 61.

11. Si tamen eum amare desideras, quia possit defendere, Deus diligenter amicos suos defendit. 3. Quadrage. Sabbatho post Cineres nume. 22. & In Aduent. Dominica 1. post Epiphaniā conc. 1. nume. 4. Adeō vt qui Deum diligis & ei seruit neminem timere debet. 3. Quadrag. Sabbatho post Cineres nume. 28. Nec indigeat multis arnis ad se protegendum. Ibi nume. 30.

12. Et quia si parentem qui corpus tantum tibi dedit, debes diligere; quanto magis Deum, qui non solum te condidit, sed te etiam nunc conseruat. In Dominicali. Dominica. 17. post Pentecost. conc. 1. nume. 32. & Dominica. 3. Aduentus conc. 2. nume. 9. vbi latè.

Et ipse animam tuam creauit; & ultra hæc omnia, gratuitum etiam esse tibi dedit. Dominica. 17. post Pentecost. conc. 2. nume. 10. 37.

13. Et quia amor Dei omnibus virtutibus formam præbet. Vide & nota rationem in Dominicali. Dominica. 17. post Pentecost. conc. 2. numero. 48. Et sine ipso nulla ex virtutibus, simpliciter & absolutè vera virtus est. Dominica. 12. post Pentecost. conc. 2. num. 35.

14. Quia amor Dei & proximi est præcipuum Christiani munus. 1. Quadrag. conc. septuagesimæ nume. 24.

ix Quia



## Ad amorem Dei consum.rationes.

11

15. Quia amore magis, quam alia virtute, similes Deo reddimur. 2. Quadrage. feria. 6. post Cineres. nume. 18.

16. Quia amor est res magis in potestate nostra, quam alia, constituta: vide & nota. 3. Quadrage. Dominica. 3. feria. 4. num. 10. &. 4 Quadrage. feria. 6. post Cineres. nume. 12. & in proprio sanctorum conc. 2. diei sancti Pentecost. nume. 4. Quod ergo hanc rem tam facilem, facere nolimus magna confusio nostra est. Et ob id si tri stati posset Deus, maxima afficeretur tristitia. In proprio sanctorum conc. 2. dicit sancti Pentecost. num. 5.

17. Quia amor nos unit Deo. In communione Virginum conc. 4. numero. 6.

18. Quia ad amoris preceptum adimplendum, Deus sufficientissima semper auxilia præbet. In communione Apostolorum conc. 1. nume. 11.

19. Quia omnia omnium virtutum precepta diriguntur ad amorem Dei. & proximoium, tanquam in suum finem: vide & nota in communione Apostolorum cœc. 3. nume. 9.

20. Quia amor diuinus, omnia facit sua, & facilia. In proprio sanctorum conc. 1. diei sancti Pentecost. numero. 16. & ibi conc. 2. numero. 9. Et numero. 16. vbi late.

21. Quia amor Dei vim & vi- gorem tribuit bonis operibus, quæ in eius seruitio fiunt. In Dominicali Dominica. 12. post Pentecost. conc. 2. nume. 34. Est enim amor sicut cifra Arithmeticæ. ibi nume. 75.

22. Quia pro nobis Deus proprium sanguinem fudit. In Dominicali Dominica. 4. post Pascha conc. 2. numero. 5. Et animam suam posuit pro nobis in eadem Dominicali Dominica conc. 1. nume. 9. de quo vide plura verbo passio Christi.

23. Quia hæc excellentiam amor Dei inter alias virtutes habet: quod cum aliæ virtutes te hominem efficiant, hic tamen amor, Deum te reddit. In Dominicali Dominica. 17. post Pentecost. conc. 1. numero. 31.

24. Quia magna miseria est te affectionem & amorem erga vicinam, erga pallium & calceum habere: & erga illum Deum qui gloriaræ infinitæ, atque immense beatitudinis est, nullam affectionem in te sentire in Dominicali Dominica. 17. post Pentecost. conc. 1. numero. 31.

25. Quia vt Deus in sui amore nos inuitaret, ex amarissimo Redemptionis beneficio nomen ipse Deus accepit. In Dominicali Dominica. 17. post Pentecost. conc. 2. nume. 35.

26 Quia

# Amor proximorum.



**26.** Quia sicut aibus naturalis locus est aer & piscibus aqua: sic prius hominis locus est Deus. In Dominicali Dominica. 12 post Pentecost. conc. 20. nume. 28. vbi ex professo.

**27.** Et quia amore est res, cum qua rationalis creatura suo creatori potest saltim similitudine quadam debitum soluere, & ei correspondere. In proprio sanctorum conc. 1. diei sancti Pentec. num. 7. & feria. 2. Pentecost. conc. 4. nume. 7. Quia amor amore repeditur. In proprio sanctorum feria. 2. Pentecost. conc. 2. nume. 12.

**28.** Quamvis plurimæ sint viæ, ut mundum fugiamus; vnatantum, amoris scilicet, est ut cælum ingrediamur. In Aduent. conc. 3. Andreæ nume. 6.

Accommodari hic possunt septuaginta & nouæ rationes, quas verbo, peccatum. §. Rationes &c. accurate collegimus ad deterrendos homines à vitijs & Dei offensis: quæ etiæ prodesse possunt per locum à contrario ad homines in amorem Dei impellendos.

**§. De amore proximorum, & de illo præcepto. Diliges proximum sicut te ipsum.**

Amor quem erga proximos habemus ex operibus debet dignosci. 1. Quadrag. conc. in coena num. 21. & in communi Apostolorum

conc. 2. nume. 11.

Amare proximos debemus non tantum verbis sed operibus: nam amor sine operibus non sufficit. In Aduent. conc. 1. Andreæ nume. 21. & in proprio sanctorum conc. 1. diei sancti Pentecost. num. 13. & in communi Apostolorum conc. 2. nume. 11.

Principalis amor proximi est illum ad Dei seruitium adducere & propter hoc nihil intentatum res linquere. 3. Quadrag. Dominica. 3. feria. 3. num. 4.

Veri amatores proximi alter alterius onera & imperfectiones portare debent. In communi Apostolorum conc. 2. nu 12. vbi ex professo.

Amor proximorum nō est diversus ab amore Dei, sed idem; cum finis in illo Deus sit. In Dominicali, Dominica. 12. post Pentecost. conc. 1. num. 31.

Amorem & vnitatē inter universas res mundi (principue inter homines) Deus prætendit: & quare. 2. Quad. feria. 6. post Cineres. n. 2. vbi ex professo &c.; 3. Quad. feria. 6. Dominicæ Passionis num. 37.

Hunc amorem fraternitatis summè inter cætera Deus commendauit. In Aduent. Dominica infra octauam Natiuitatis conc. 2. num. 27.

Amor proximorum est signum quo in lege gratiæ ones Dei cognoscuntur. In Aduent. Dominica infra octauam Natiuitatis conc. 2. nume. 28.



## Amor proximorum.

13

In amore proximorum & non  
in alijs virtutibus perfectio Chri-  
stiana sita est. 1. Quadrag. conc. in  
Cœnanu. 15. &c. 4. Quadrag. fer. 6.  
post Cineres nu. 10.

Amor proximi & concordia cū  
ipsis est vna ex rebus, quæ gratio-  
res sunt Deo. 1. Quadrages. conc. in  
Cœna nu. 12. &c. 2. Quadrag. fer. 6.  
post Cineres nu. 2. &c. 3. Quadrages.  
fer. 6. dominicæ Passionis num. 37.  
& in Communi Apostolorum cōc.  
4. nu. 11. & in proprio Sanctorum  
conc. 1. Incarnationis nu. 10.

A mare proximos, etiā inimicos  
semper Deus præcepit. 2. Quadra-  
ges. fe. 6. post Cineres nu. 9

Amor proximi est signum amo-  
ris Dei. 3. Quadrag. fer. 6. dominicæ  
Passionis nu. 38.

Quia homo mensurabilem ha-  
bet bonitatē ideo mensuratur eius  
dilectio: scilicet vt eum diligas si-  
